DISPVTATIO INAVGVRALIS JVR...

20

DE CENSIBVS MC CRESCENTIB

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISS POTENTISSIMO PRINCIPE AC

DOMINO

GEORGIC

M. BRIT. FRANC. ET HIBER

DEFENSORE FIDE

S. R. J. ARCHITHESAVR

CTORE DVCE BRVNSV

IN VNIVERSIT

GEORGIA A

INCLVTI ORDINIS JVRIDI

PRAESID

VIRO MAGNIF

H. T. DECANO ET PRO...

GEORGIO HE... I...

AYRERO D.

CONSILIARIO AVL. REG. ET JVR.

P. P. O.

PRO SVMMIS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS ET PRIVI LEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS

PVBLICE DEFENDET AVCTOR

JOH. FRID. LANGIVS

NORTHEIMENSIS.

357

ANNO MDCC. XXXXIV. DIE XVI. SEPT.

GOTTINGAE,

APVD. A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

HEROIBVS IN TOGA EMINENTISSIMIS
ILLVSTRISIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS

POTENTISSIMI M. BRITANNIAE
REGIS,

AC

DVCIS ELECTORIS BRVNSVICO-
LVNEB.

STATVS ADMINISTRIS

ET

CONSILARIIS I

VIRIS

VIRTVTVM NON MINVS QVAM NA-
TALIVM SPLENDORE FVL-
GENTISSIMIS

SALVTIS PVBLICAE CVSTODIBVS VIGII AN-
TISSIMIS
PRVDENTIAE PARITER ATQVE JVSTITIAE
LAVDE
MAXIME CONSPICVIS

BENIGNISSIMIS LITERARVM LITERATO-
RVMQVE PROMOTORIBVS
PATRONIS SVIS INDVLGENTISSIMIS

HANC
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
INTER LAETISSIMA
PERPETVAE FELICITATIS
AVGVRIA
ARDENTISSIMAQVE VOTA INCONCVSSAE
TRANQVILLITATIS

EA QVA DECET REVERENTIA
AQVE ANIMI PIETATE

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

DEVOTISSIMVS CVLTOR
JOH. FRID. LANGIVS.

DISSERTATIO INAVGURALIS IVRIDICA

DE

CENSIBVS MORA CRESCENTIBVS.

§. I.

In antiquissima jam Germania non omnes ejus incolas vna eademque vsos esse libertate, sed alterum potius alteri seruitutis vinculo saepissime obstrictum fuisse, ex vetustis rerum Germanicarum scriptoribus tam dilucide adparet, vt illud neminem, nisi hospitem plane in patria, fugere queat. Omnium optime de Germania meritus est CORNELIVS TACITVS in libello laudatissimo, quem de *Situ, Moribus & Populis Germanorum*, inscripsit. Non enim solum diuersos Germanici populi status enarrat, & tam nobilium ac ingenuorum, quam seruorum, libertorum atque libertinorum, mentionem facit, sed ipsa quoque officia, quae domini a seruis exigere consueuerunt, describit.

Fuisse vetustissimis quoque Germanis suos seruos, constat.

A §. II.

§. II.

Sed diuersus a seruis Romanorum fuisse, ostenditur.

Etiamsi vero prisca seruorum conditio Germanicorum secundum ea, quae praelaudatus TACITVS in excitato libello de iis adnotavit, proxime ad antiquae Romanorum seruitutis similitudinem acceder videatur; maximam tamen, re propius inspecta & accuratius pensitata, inter Romanorum atque Germanorum mores hac etiam in parte differentiam reperimus. Romani enim seruos suos ne personis quidem adnumerare, sed in rerum potius classe collocare solebant, & hinc durissimis illos premere seruitutis legibus omnio, quod maximum est, impune, prout libuisse, occidere, vel bestiis objicere permissum erat 1), vt post AVGVSTVM 2), CLAVDIVM 3), HADRIANVM 4), qui iam omnes hanc inhumanitatem atque crudelitatem detestati sunt, ANTONINVS PIVS que humanissima constitutione 5), majorem dominorum asperitatem coerciturus, sanciuerit, ne in posterum sine justa legibusque probata causa, quales L. 24. π. ad L. *Jul. de Adult.* & L. 4. ad L. *Aquil.* enumerantur, istis liceret truculentas seruis suis manus inferre, sed qui temere ac sine caussa seruum suum occiderit, non minus puniretur, quam qui alienum dolo malo occidisset. Germani contra hanc Romanorum immanitatem penitus abhorruerunt. Refert qui-

1) Varia eius rei exempla collegerunt, THOMASIVS in Diss. *de Vsu pract. Tituli I. de his, qui sui velalieni iuris sunt* §. 22 seq. & Cel. POTGIESSER *de Statum* Cons. LAVR. PIGNOR. *de semis* p. 13. seqq. *Seruos* in proleg. §. 43. seq.
2) Conf. SENECA L. III de *Benef.* c. 22.
3) Vid. SVETON. in Vita eius c. 25.
4) Teste SPARTIANO in vita c. 18.
5) Vid. §. 2. J. *de His, qui sui vel alieni jur.* junct. l. 1. ff. eod.

eidem *) TACITVS, caedes seruorum etiam in Germania contigisse, nullis tamen seueritatis vel saeuitiae Germanos arguit, sed illos ex ira solummodo subinde, vt inimicum, trucidasse seruum tradit, cujus loci, praeter necessitatem variis dubiis inuoluti, 6) sensum genuinum a violentis interpretum contortionibus perill. BOEHMERVS 7) vindicatum iuit. Inde etiam videtur factum esse, vt ad ingrediendam alterius seruitutem eo faciliores se praeberent, quo leniorem eam semper sunt experti. Inprimis huc faciunt, quae TACITVS 8) de nimia Germanorum ludendi cupiditate commemorat. Aleam enim illos so[illegible] etiam inter seria tanta lucrandi perdendiue temerit[illegible]e scribit exercuisse, *vt, cum omnia defecerint, extremo & nouissimo jactu de libertate & de corpore contenderent.* Pe[illegible]it deinde: *Victus voluntariam seruitutem adit, q[illegible]r, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur* [illegible] fidem cum illis, siue peruicaciam cum TA[illegible] ueris, eo minus mirum tibi videri debet, quo tolerabilior apud ipsos seruitus fuit. Nam quum majores nostri voluptatibus non Romanorum more seruirent, seruis quoque illorum de tam variis durisque seruitiis nulla fuit caussa conquerendi.

§. III.

Neque vero hinc illis ignoscendum est, qui, veram in Germania seruitutem vnquam fuisse cogni- tam [illegible] *Neque tamen hinc vera seruitus*

* c. l. cap. XXV.

6) Vid. THOMAS. Diss. cit. §. VII.

7) In Diss. *de Iure & statu hominum propriorum a seruis Germaniae, non Romanis, derivando*, Sect. I. §. IV. extr.

8) Cit. loco cap. XXIV.

A 2

apud Germanos negari poteſt.

tam, negant ac pernegant, vel ſaltem valde dubiam illam reddunt. Quamuis enim inter priſtinum atque hodiernum Germaniae ſtatum magna intercedat diuerſitas; quamuis ſuccedentibus temporibus inſignis contigerit conditionis ſeruilis mutatio; non omnis tamen vbique locorum veteris ſeruitutis, quae tam altas radices egerat, propago eſt ſublata, quin potius in permultis Germaniae prouinciis veſtigia ejus clariſſima ſuperſunt.

§. IV.

Secus qui ſentiunt, abuſum ſeruitutis Romanae cum vſu Germanicae confundunt.

Scil[illegible] et haud dubie doctrina Juris Romani ZASIVM 9) aeque, ac TREUTLERVM 10), GAILIVM 11) aliosque, quorum auctoritatem ſecutus eſt STAMMIVS 1[illegible] in hanc rapuit ſententiam. Quum enim ipſe I[illegible]r IVSTINIANVS 13) *ſeruitutem* definiat p[illegible]*onem juris gentium, qua quis contra naturam alter*[illegible] *dominio ſubjicitur*, ex ea definitione non ſolum abſolutum dominorum in ſeruos ſuos ſaeuiendi poteſtatem, ſed miſerrimam etiam ſeruorum Romanorum conditionem aeſtimantes neque ſimilem in Germania inuenientes, ſeruos in illa veros dari, plane negauerunt omnemque adeo ſeruitutem exinde proſcribere haud dubitarunt. Sed abuſum atque Romanis vſitatam erga ſeruos tyrannidem magis, quam verum illorum

9) *Singul. Reſp.* c. 3. n. 76. & in Par. ad Tit. de *Statu hom.* n. 7. ſeqq.

10) I. Diſp. 2. th. 2.

11) De *pignorat.* n. 2 ſeqq.

12) in Tr. de *Servit. perſon.* Lib. I. c. 2. p. m. 32.

13) §. 2. J. de *Jur. Perſ.*

um vſum, in Germania quaerere videntur, quotquot ta rationes ſuducunt 14).

§. V.

Fruſtra vero hanc operam ſumi, vel inde patet, quod Germani, ipſa natura duce, ſummam omnis ſervitutis non in ſplendore rei familiaris, non in voluptatibus, vti Romani, ſed vnice in percipiendis vtilitatibus poſuerunt. Hanc ob rem optime ſeruitutem THOMASIVS 15) deſcripſiſſe nobis videtur neceſſitatem faciendi, quod dominus velit, in ſuam vtilitatem. Tali pacto majores noſtri omnem ex ſeruitute redundantem fructum in ſeruitiis ſolummodo, ad bene inſtruendam rem domeſticam pertinentibus, collocarunt. Quum autem omnia haec ſeruitia vel in domo, vel extra eam praeſtarentur, duplicem inde ſerui denominationem ſortiti, & illi quidem non caſati, ſiue Gaſindi, vocabulo in vernacula lingua hodienum vſitato & totum famulitium denotante, hi vero, vt potе glebae ſuae & caſae adſtricti, glebarii, itemque caſati dicti ſunt 16). Prioris generis ſerui in familia alebantur dominica & ad

De vero ſeruor. Germ. vſu diuerſisque eorundem ſpeciebus ac nominibus.

14) Eorum errores dudum profligarunt antiquitatis Germanicae indagatores ſollertiſſimi, Perill. BOEHMERVS in Diſſ. *de Jure & ſtatu hominum propriorum a ſervis Germaniae, non Romanis, derivando*, Ill. GOEBEL in Tr. de *Jure & jud. ruſticor. inferis Germ.* & in Diſſ. de *ſingular. quibusdam praediis ruſticor., quae ſunt in terris Brunſuico Luneb. & vicinia*, POTGIESSER de *Condit. & ſtatu ſeruor. ap. Germ.* aliique plures, quos late recenſet inque ſuas claſſes diuidit modo laudatus BOEMERVS in diſſ. de *Libertate imperfecta ruſticor. in Germ.* §. IV.

15) in Diſſ. *de Hominibus propriis & liberis Germanorum* §. 40.

16) Conf. Du CANGE in Gloſſar. voce *Seruus.* & Clariſſ. WACHTER. voce *Geſind.*

A 3

ad praestationem operarum domesticarum, nec min ad culturam agrorum casae domini adjacentium, atque ad curam pecuariam obstricti erant: posteriores e contrario culturae agrorum remotiorum praeficiebantur vt proprios regerent lares, de fructibus ac prouentibus dominis certum singulis annis exsoluerent censum 17), vel in pecunia, vel frumento, vel esculentis aut potulentis aliisue rebus 18) consistentem, reliqua autem pleno jure sibi acquirerent indeque victitarent. Quia itaque hi glebarii e famulitio domini dimittebantur & agris potius, qui assignati illis erant, adscribebantur, vt omnem operam in eorum solummodo culturam impenderent, quibusdam etiam Doctoribus Lassi s. Lati dicuntur, quanquam aliis alia etiam de eorum origine ac nomine alios ceat sententia 19).

§. VI.

Specia- tim de villicis. Ejusdem etiam cum Lassis farinae villicos pristinis temporibus fuisse, ejus rei clara atque indubitata vestigia, quae ad nostrum vsque aeuum remanserunt, satis abunde testantur. Praeter alias enim veteris servitu-

17) Ab eiusmodi census praestationibus verum praediorum censiticorum originem cum ZIEGLERO in Diss. de *Praediis censiticis rural.* §. 20. repetit B. HEINECCIVS *Elem. jur. Germ.* L. I. T. I. §. 42.

18) Occurrunt enim passim Geld Zinsen, Wachs Zinsen, Korn-Pächte, Zins Hüner, Leib-Hüner, Oster Eyer, Martins Gänse, Pfingst-Käse, Flachs Wein-Vieh Fleisch- und Frucht-Zehenden, aliaeque praestationes censuales, de quibus late agit. Cel. POTGIESSER in Comm. *de Statu serv.* L. II. c. VI. §. 4. seqq.

19) Conf GVNDLING. in Diss. an nobilitet venter? c. II. §. 3. LVDEWIG in *Jur. Client.* Sect. III. Cap. V. §. 2. not. *a.* III. GRVPEN Obs. IV. c. 2. §. 11. & qui doctorum dissen-sum

tutis notas permultos hodiernorum villicorum morum 20) adhuc soluere debere, quotidiana experientia probat. Firmissimum inde depromitur argumentum, praedia, quae ejusmodi praestationibus adhuc obnoxia sunt, Lassis olim sub lege soluendae mercedis fuisse concessa. Meierorum autem nomine non solum venerunt, qui praediis alienis conductionis lege pro certa fructuum vel alius pensionis praestatione vtebantur, sed etiam, qui rem domini domesticam vel agriculturam pro annuo quodam salario administrabant. Et primis quidem temporibus ex colonis quosdam reliquis ita praeposuerunt, vt vice domini omnia vel in eius curte, vel in villa remota curarent, ad operas colonos compellerent, census eorum acciperent, dominoque de om[illegible] ationes redderent. Hinc procuratores atque Meieri, [illegible]s, dicebantur, atque vt plurimum eorum open[illegible] quadam parte compensabatur. Aliis autem ipse praedii vsus lege conductionis ita concedebatur; ut censum vel fructuum portionem domino praestarent; & quia nec minus reliquos colonos ad seruitium domino praestandum adigebant, remque domini agebant, Meierorum quoque nomen iis tributum est. Quamquam vero plerique Meierorum seruilis fuere conditionis; indigentia tamen quandoque ingenuos etiam, praesertim iis temporibus, quibus Meierorum nomen inclaruit, ad suscipiendum officium meiericum atque ita con-

sum hic sollicite notavit, Excell. ANDR. FLORENS RIVINVS in Diss. de *praediis*, quae *vulgo Lass Güther adpellantur*, §. V.

20) Vulgo *der Todten Fall, die todte Hand*, de cuius denominationis ratione Vid. B. HEINECCIVS *Elem. Jur. Germ.* L. I. Tit. I. §. 45. not.

conducendos agros alienos commovit, quae cau- est, cur non omnes nostri aeui Meieros seruilis or dicere possimus.

§. VII.

De seruis fiscalinis.

S d haec quasi in transitu de origine villicoru occasione Lassorum monuisse sufficiat 21). Reuertimus jam ad nostrum propositum, cujus intuitu hactenus statum seruorum extra bellicas acquisitiones perlustrauimus, post ea quam vero Francorum potentia summum ad fastigium euecta est, iique belli iure plures alienas occuparunt terras, in vniuersum captiuos glebae adscripserunt, eisque annuarum pensionum siue vectigalium praestationes imposuerunt 22). Euincit hoc ir [illegible] H MANNVS 23) exemplo Clodovei Regis [illegible] emannos subactos cum ipsorum vxoribus [illegible] in seruitutem detrusisse eorumque facul[illegible] um esse, hisce notatu dignis refert verbis: Und an statt daß er Mann, Weib, Kindern das Leben geschencket, alle sämtlich zu Knechten, und mit Leib und Guth ihm zu Eigen gemachet &c. Hinc orti sunt serui fiscalini 24), vti in Childeberti, Francorum Regis, Decreto quodam de anno DXCV. cujus verba huc spe-

21) Plura qui de eorum origine atque conditione cum fructu legere cupit, adeat Virum Perill. atque Celeberr. DAV. GEORG. STRVBEN, qui plena doctissimaque manu totum hoc argumentum exsecutus est in Comment. de *Jure Villicorum*, vulgo *von Meyer-Recht*, ejusdemque *accessione*.

22) Conf. PONTAN. *Orig. Franc.* L. VI. c. 15. & FRID. HVSANVS in Tr. de *hom. propr.* c. II. n. 29. seqq.

23) In *Chronico Spirensi* Lib. II. cap. 20.

24) De quibus ex instituto agitur in Spicileg. Tab. vet. G. CHRIST. IOANNIS p. 364.

ectantia POTGIESSERVS exhibet, 25) vocan-, alias serui regii & homines quoque fisci, nostro idiomate Reichs-Leute, Fiscals-Leute, dicti 26), quia fiscalibus agris adscripti erant, eorumque census fisco regis solebat inferri.

§. VIII.

Subsecuto deinde in Germania christianorum sacrorum cultu, ecclesiis non solum opima praedia vna cum adscriptis seruis donabantur, sed ingenuorum etiam nonnulli suos agros, immo, quod singulari religionis ardori adscribendum est, semet ip[sos] saepissime ecclesiis siue monasteriis obtulerunt, [...] [...]eam seruitutem subeuntes, vi cujus agros oblato[...] [...]am iis adscripti, colebant, & singulis annis eccle[siae] [...] monasterio pensionem praestabant. Inde di[...] [s]eruorum in dotales, qui ecclesiis nouiter c[...] [...]is quasi loco erant adscripti, & oblatos, qui [...] ecclesiis ac dominis offerebantur, & qui semet ipsos illis in seruitutem addicebant, enata est. Tales serui, vt ab illis, qui regibus seruitutis jure addicti erant, discernerentur, mancipia & coloni de casis Dei, Gottes-Leute, Closter-Kirchen-Leute appellati sunt. De seruis ecclesiasticis.

§. XI.

Omnem tamen, quae inter tres seruorum species huc usque enarratas intercedit, differentiam diuersorum Ratione tamen operar. & censuum

25) In Tractatu *de Statu seruorum in Germania* Lib. I. cap. IV. §. 4.

26) Conf. VITUS LVD. A SECKENDORFF *im Teutschen Fürsten-Staat*, P. III. c. 2. §. 3. *not.* * ibique laudatus HERTIVS in Tr. de *hom. propr.*

B

…stan- …m …llaiter est differentia.

forum solummodo dominorum respectus absolui. Operas enim omnes ac singuli praestiterunt, & paru interfuit, regis ne in palatio, an in monasterio, vel in nobilis cujusdam siue ingenui curte praestarent, nisi quod honoratiores habiti fuerint, qui in palatio regis seruirent, propter ea etiam saepissime serui siue mancipia palatii vocati. Census quoq; singuli exsoluerunt; & perinde fuit, vtrum in aerario regis, an ecclesiae aut monasterii illi reponerentur, vtrum in nobilis, an ingenui alicuius vsus oeconomicos conuerterentur.

§. X.

Mansit quoque censuum praestatio seruitute, licet [illegible] sublata.

Ita [illegible] em comparatum fuit cum seruorum operis ac ce [illegible] quamdiu vbique locorum antiqua seruitus [illegible] fuit; Posteaquam vero temporis successu manu [illegible] es magis magisque frequentari coeperunt; se [illegible] dem manumissos libertate personali donarunt domini; sed nihilo tamen minus varia sibi jura in illos atque onera seruilia reseruarunt 27). Neque hinc statim a pensitationibus siue censibus liberati sunt eiusmodi liberti, sed praediis, quae illis colenda relinquebantur, praestationes impositae fuerunt, quae olim ex statu seruili fluebant, quod exempla praediorum censiticorum adhuc hodie passim obuia in Germania abunde ostendunt 28).

§. XI.

De diuersitate censuum generatim.

Sicuti autem census appellatio tam late patet, vt de quibuscunque pensionibus vel praestationibus vsur-

27) Confer. omnino Perill. BOEHMERI diss. de *Libertate imperfecta rusticorum in Germania.*

28) Conf. ZIEGLER in diss. *de praediis censit. rural.*

usurpari soleat; ita non vnam eandemque esse ipsarum ptionem, sed pro diuersa censiti conditione diuerso-ue censitoris iure illas variare, facile adparet 29). Inter alias census diuisiones maxime notabilis est illa, quam suppeditat jus prouinciale Saxonicum 30), vbi praedium censiticum simplex & hereditarium, vel nostro idiomate Zinß-Guth und Erb-Zinß-Guth 31), si inuicem opponuntur. Dici non potest, quanta juris Rom. & Germ. morum peregrinorum & patriorum confusio circa explicationem hujus textus inter Doctores deprehendatur. Sed quum illi tollendae jam alii laudabilem impenderint operam 32), huic distinctioni non magis immorabimur, quam reliqua, quibus census in reales & personales, perpetuos tanquam temporarios, constitutiuos, & reseruatiuos 33) dividuntur.

§. XII.

Solliciti potius erimus de tempore, quo praestandi sunt census. Quantumuis variae autem sint cen- De tempore praestationi censuum praestituto.

29) Legi hic ante alia merentur, quae Perill. BOEHMERVS de *vario censuum significatu & iure* differit in I. E. P. L. III. Tit. 39. § 108. seqq.

30) L. I. art. 54.

31) Confer. Consult. IOH. DAN. STIPPERVS in diss. de *bonor. emphyt. & censit. differentia eiusdemque in Sax. Electoratu vsu.*

32) Exornauit imprimis hanc spartam in Academia Georgia Augusta, V. C. IOH. CHRIST. CLAPROTH, qui praediorum censiticorum & emphyteuticorum, *Zins und Erb-Zins-Güther* vulgo dictorum, veram indolem sollertissime excussit in diss. *de praediis rusticorum*, quae extat N. I. P. I. der Sammlung, Jurist. Philos. und Crit. Abhandlungen.

33) Hanc distinctionem illustrarunt HERM. ZOLLIVS in diss. de *censu reseruat.* BORN in diss de *censu constitut.* & GEORG. ANDREAS IOACHIM de *censu constit.* & *reseruat.*

censuum species; in eo tamen conueniunt fere omnes, vt quotannis debeant exsolui. Vnde etiam annuorum redituum nomine comprehendi solent, quod annuatim redeant, vel repetantur. Neque tamen olim perinde fuit, quo anni tempore censito census sui solutio placeret, sed certo quodam statoque die, vt plurimum tali, quem in sancti alicujus memoriam festum agere moris est, ad eam obstrictus erat, vti POTGIESSERVS 34) variis ex antiquitate documentis ostendit.

§. XIII.

De modis compellendi morosos censuum debitores.

Quodsi in hac census solutione moras censiti necterent, variis eorum contumaciam modis domini, quibus censum debebant, coercere soliti sunt. Modo enim vi dominicae potestatis durius censitis imposuere vitium; modo caducitatis, seu expulsionis poena eos affecerunt 35); modo etiam pignoribus captis, quae, donec censum soluissent, retinebant, sibi consuluerunt 36). Mora vero, quam ita censitos luere opor-

34) De *statu seru.* Lib. II. cap. VI. §. 8. & 9.

35) Fuisse hunc modum puniendi moram censitorum ordinarium & communem in Germania, docet charta Caroli M. in actis Episcopi Cenom. apud DV FRESNE v. census, vbi legale & antiquum dictum occurrit: *Qui negligit censum, perdat agrum & per hanc auctoritatem, siue eorum negligentia vel contemtu, ipsa perdunt beneficia.* Vid. STEPHAN. BALVZ. *Capitular. Reg. Franc.* T. II. p. 37. & conf. Perill. STRVBEN in Tr. de *bonis Meierdingicis* §. IV. p. 175. seqq. & in *Comment. de Jure villicor.* c. VIII. §. 9.

36) Conf. L. R. L. I. Art. 54. V. C. FRID. CAR. BVRI *ausführl. Erläuterung des in Teutschland üblichen Lehn-Rechts* p. 1149. & 1203. Add. documentum a I. H. CASP. BITSCHIO in diss. *de Jure emponem.* in App. IX. allatum apud SCHIL-

oportebat, secundum Jus prou. Saxon. L. I. art. 54, antequam dominus in censiti domo censum exegisset, commissa non dicebatur. Verba citati textus huc praecipue pertinentia haec sunt: Also doch, daß ihn (den Zinßmann) der Herr mit Recht erfolge, und den Zinß zu seines Mannes Hauß heische, denn der Mann ist nicht pflichtig, seinen Zinß ausser dem Hause zu geben ꝛc. quod tamen hodie plerisque in locis in desuetudinem abiisse, & censitum certo loco censum praestituto die offerre debere domino, praelaudatus POTGIESSERVS 37) adnotauit.

§. XIV.

Sed quum dominis dicti modi morosos censitos coercendi non sufficere viderentur; alium adhuc excogitarunt, metu praesentissimi in mora periculi eos ad officium suum adacturi. Scilicet, nisi censitus stato die praestanda praestaret, dies pro homine ita interpellabat, vt remoratus census cresceret, atque singulos in dies multiplicaretur. Inprimis per multiplicationem census [illegible]

§. XV.

Hunc morosos debitores compellendi modum stabilit *Jus Prou. Saxon. L. I. art. 54.* ita disponens: Wer seinen Zinß zu rechter Zeit nicht giebet, zwiefach soll er ihn geben des andern Tages, und also alle Tage zwiefach, dieweil er den Zinß innen behält ꝛc. quam antiquam consue- Quae in speculo Sax. & sueuico fundata est.

SCHILTERVM *in Cod. iur. Alem. feud.* Plura exempla huc facientia collegit Illustr. KOPP. in *Spec. iur. Germ.* de *pignorat. conuent.* Add. MEINDERS *de Jurisd. colonar.* p. 43.

37) cit. loc. §. 9.

suetudinem non minus confirmat Speculum Sueuicum Cap. 332. und giebt er ihm den Zinß des Tages nicht, er soll ihm denn geben zwiefach des andern Tages, und alle Tage als viel, dieweil er den Zinß innen hat ꝛc. Vterque textus satis docent, censum, a colono debita die non praestitum, altera die in duplum crescere & sic sequentibus diebus augeri. Neque hinc opus est ad corroboranda ea, quae sunt instituti mere Germanici, iuris Rom. & Can. fontes adire. Neque illis demum temporibus, quibus duae istae iurium Germaniae communium collectiones prodierunt, eiusmodi census innotuisse, sed iam dudum antea cognitos vsitatosque fuisse, vt glossa textus iuris Saxonici subiuncta his innuit verbis: Diesen Text soltu vernehmen von den Zinßen, die man vor alten Zeiten auf einen benannten Tag hat geben müssen, und wo man daran säumig worden, daß man sie des andern Tags zwiefach hat müssen gelten und sofort an alle Tage gedoppelt, welcher Zinß noch an etlichen Orten im Gebrauch ist, und werden genannt Rutscher-Zinßen. Varia quoque diplomata & chartae medii aeui horum censuum mentionem faciunt, quorum vel vnicum ex HVNDIO 38) adduxisse sufficiet huius tenoris: *Si quis statuta lege & descripto tempore seruitium suum non persoluerit, duplum i. e. Zwisbilde vadiabit.*

§. XVI.

Denomine *Rutscher Zinssen.*

Prodit adeo simul glossa nomen horum censuum, quod scilicet dicti sint lingua vernacula Rutscher-Zinssen, quos latina lingua census promobiles ad pel-

38) In *Metrop. Salisb.* T. III. p. 34.

pellare solent vocabulo rei, vti iam probe obseruauit ADR. BEYERVS 39), non satis congruente. Neque enim ex eo, quod de loco ad locum queant promoveri, quum sint res incorporalis, neque, quod de fundo vno in alium transferibantur, illos ita dici sonet, sed quod successu temporis augeantur, & in singula temporis spatia post elapsum soluendi tempus excrescant, atque sic intuitu summae soluendae promoueantur, a verbo rutschen 40) fortrutschen 41) adeo nomen nacti, quod vsu potissimum venisse in Saxonia superiore, nonsolum ex glossa paullo ante adducta, sed etiam ex ICtorum Saxonicorum commentariis colligi potest 42).

§. XVII.

De nomine *Mey-Gassen-Zinse.*

In inferiore autem eius prouinciae parte aliis etiam synonymis vocabulis Mey-Gassen, Meyhorsten-Zinse

39) in diss. de censibus promobil. vulgo *Rutscher-Zinsen* c. I. §. 13.

40) Quod per nates moueri seu in plano, seu in loco decliui, interpretatur Clariss. WACHTERUS v. *rutschen* atque inde ad duplicem vsuram translatum esse putat, quod videatur progredi, vt binae nates, quae simul mouentur.

41) Longe rei conuenientior est, haec deriuatio, quam ea, quae placuit Clariss. BVRIO, a rupturis seu agris incultis, qui sentibus atque radicibus horridi, adeoque colendi seu nouandi sunt, hos census deducenti. Nam que illos etiam de domibus, seu areis praestari, mox videbimus, quae tamen ad eiusmodi rupturas seu agros nouales, vel arua primum proscissa & primum segetem ferentia, vulgo Neubruche dicta, commode referri nequeunt. Neque hinc magis huc trahi potest verbum Germ. *Rhoden*, quod de eiusmodi agris colendis vsurpatur, qui *Rot-land*, & decimae inde praestandae Rot-Zehnden lingua vulgari dictae sunt. Vid. Illust. GRVPEN in *Orig. Hanou.* p. 211.

42) Vid. DAN. MÖLLERVS in *Comment. ad Constit. Saxon.* P. II. Const. 38. n. vlt. BERLICHIVS *Conclus. pract.* Part.

Zinß denotari consueuerunt census mora crescente quas denominationes in Ducatu inprimis Brunsuicensi vsitatas fuisse, refert SCHOTTELIVS 43). A mense autem Majo, May, atque platea, Gassen, ita has pensiones promobiles esse dictas, vti quidam volunt ex ... quod forte mense Majo exsolui debuerint, parum probabile nobis videtur, quum, ipso testante SCHOTTELIO, ejusmodi census sub titulo Mey-Gassen-Zins in terris Brunsuicensium vigilia ante festum natiuitatis Christi soluendi fuerint, & passim quoque in rationibus Episcopatus Osnabrugensis rubricae von Lichtmessen-May-auch Herbst-Geldern reperiantur, quorum reditu... nen debitores morosi minime ad duplum triplum ... tenentur: Quanquam alias quoque tributum mense Majo soluendum haud incognitum sit 44). Nec iis assentiri possumus, qui vocabulum Maygassen per linguae artificium a latino, magis, deductum volunt, indeque noua verba vere hybrida effingunt, magissen, vermagissen, i. e. mehr geben, & Mayborgen a magisborgen, mehrborgen. Magis placet GEORGII BEYERI sententia, 45) a dialecto inferioris Saxoniae mey, hoc est, mehr, & gathen, quod denotauit geben deriuantis, adeoque May-Gathen, seu juxta illum morem loquendi, quo t in s. & v. v. transmutare frequens fuit, Mey-Gassen-Zinsse per Mehrgebe-Zinsse explicantis, quod commissa mora augeantur.

§. XVIII.

Part. II. Concl. 47. n. 5. CARPZOVIVS P. II. Const. 38. def. 25.

43] In libro de *singul. quibusd. Germ. Jur.* Cap. XIX. §. 6.

44] Vid. diploma Ludouici apud *Hund.* in *Metrop.* T. III. p. 194.

45] In *Delineat. Jur. Germ.* L. I. Cap. VI. §. 13. & 14. not. b. & c.

§. XVIII.

Pensiones etiam istae promobiles, siue Rutscher Zinsse in Saxonia inferiore subintelligi solent, quando dicuntur Werdt-siue Wordt-Zinse. Significauit autem Wordt, Werdt, siue Werder apud veteres non solum locum pascuum aqua circumfluum, vel collem in flumine congestum, quem insulam dicere solemus 56), sed etiam tumulum, in solo coaceruatum, seu glebarum aceruos collecsue, ex terra aggestos, lingua Holsatica Worth, Worth-Stette, Hausworth, Werve, Wärffe dictos 57). Indicari quoque antiqua voce *Wurdhe* aream, cum ex priuilegio S. Bernvvardi, s. litteris fundationis coenobii S. Michaelis, quod in vrbe Hildesiensi est, de anno 1022. vbi verba sic habent: *possessiones autem diuersas, quae nostra lingua Wurdhe* &c. tum ex priuilegio, quod Henricus Imperator eidem eodem anno concessit, adparet. Vigere adhuc hodie sub nomine *Worth-Zins* passim talem censum cum periculo in mora conjunctum, infra dicendi erit locus, vbi de vsu hujus rei hodierno differemus.

De adpellatione Werdt- seu Wordt-Zinse.

§. XIX.

Facile quidem cuique ex dictis patet, aliam vocabuli Worth-Zins, quam vocis Rutscher-Zins, esse, originem. In eo tamen vtraque census species conueniunt, quod certa die debent praestari. Vnde non mirum est, vtroque nomine eandem rem exprimi. Atque

De nominibus, Grund- Boden- Königs-Zins.

56) Vid. BESOLDI *Thesaur. Pract. Continuat.* voce *Werdt* & WACHTER. in *Glossario* voc. *Werder*, add. *Land - Recht* L. II art. 56. & GRYPHIANDER in Tr. de *Insul*, c. 1. n. 14.

57) Confer. HACKMANN de *jure aggerum* c. II. n. 13.

C

Atque hinc cognosci etiam potest, pensiones promobiles sub denominatione Worth-Zinß, vel Werth-Zinß, occurrentes, easdem esse, quas latino vocabulo *census urearum*, vernaculo Grund-Boden-Zinß appellamus, aedificiis imponi, siue de domibus praestari solitos. Quum autem permulti arearum census fisco praeprimis debiti fuerint, manifesto indicio, aream tali canoni obnoxiam ad fiscum pertinuisse, nomen illis quoque census regalis, Königs-Zinß, siue denarii regalis, Königs-Pfennig tributum est 58), & quia reliquorum instar censuum regalium destinata die, sub poena multiplicationis, praestandus erat, merito pensionibus promobilibus quoque adnumeratus fuit. Quanquam vero promobilis hic arearum census antiquis Germaniae regibus tantum vt plurimum exhiberi debuerit; non solum tamen eorum beneficentia Episcopatibus, ecclesiis, & monasteriis attributum esse constat, sed priuatos etiam illum in arearum concessionibus sibi reseruasse, opinabile est. Vsitatos quoque alicubi, sicut in terris Lauenburgis, tales pensiones esse, sub eodem nomine, sed ex alia denominationis ratione, quia nempe die festo trium regum singulis annis praestari debent, compertum habemus.

§. XX.

De nomine *Fahr*.

Denique etiam census promobiles in lingua Teutonica Fahr-Zinß, & Fahr- siue Gefahr-Geld appellari moris

58] Testatur hoc charta quaedam de anno 1236. apud LAMBECIVM Lib. III. *Rer. Hamburg.* n. 236. add. STAPHORST *in Histor. Eccles. Hamb.* p. 616. & Ill. GRVPEN *orig. Han.* p. 122. sqq.

oris eſt. Sunt, qui hanc adpellationem a verbo Gefahr, periculum, deriuare volunt ideo, daß Gefahr bey der Bezahlung ſey 59). Alii aliam abeunt in ſententiam & deducunt a fahren, fortfahren, daß in caſum morae mit dem Zinſe fortgefahren werde. Neutrum adeo male, niſi ab antiquo verbo Fahr repetere malis, quod vectigal denotauit, & vnde aedes, quae Fahr, Steuer, Gülte, dedere, vectigales dictae ſunt, itemque phraſis inualuit, die Häuſer von Fahr-Geld befreyen, i. e. aedes immunes reddere 60). Hinc etiam Fahrlehn ſignificat feudum, ſiue vocabulo Lehn latius ſumto, praedium cenſuale, quod propter neglectum deſtinatum diem plus ſoluit, aut plane amitti poteſt, quod habet penſionem promobilem. Quanquam vero hoc modo ſit alia quoque origo vocis Fahr-Zinß, ac generalis illius penſionum promobilium adpellationis Germanicae, Rutſcher-Zinß; idem tamen ſignificatus vtrique ideo haud inepte tributus fuit, quod ejusmodi penſiones i. e. vectigalia ſtato die ſub auctionis ſiue multiplicationis poena fuerunt praeſtanda. Zinſ, Gefahr-Geld.

§. XXI.

Sunt haec nomina diuerſa fere omnia, quibus eadem res vernacula noſtra exprimitur, & quorum diuerſitas eo minus miranda eſt, quo frequentior, recte obſeruante B. IO. GVIL. HOFFMANNO, 61) nomi- Epicriſis de variis cenſuum promob. nominibus Teutonicis &

59] Confer. BESOLDI *Theſ. Pract. Cent. voce Gefahr Zinß.*
60] Eſt haec deriuatio PETRI AFBERDIANI in *methodo diſcendi formulas latinae linguae*, ſiue *Tyrocinio Lat. linguae* ao. 1577. edito p. 290. quod tamen ipſi inſpicere mihi ob libelli raritatem nondum licuit.
61] *Obſ. jur. Germ.* L. I. c. 8.

adaequata appellatione Lat. nominum vnius ejusdemque juris vel consuetudinis, sed per plures Germaniae prouincias peruagatae & à diuersis earundem incolis varias etiam appellationes nactae, multitudo esse debet. Illis vero singulis recensendis explicandisque hactenus inhaesisse eo minus nos poenitebit, quo majorem nomina eorumque origines rebus alias obscuris, antiquis & impeditis lucem foenerari solent. Dici Latina lingua hos census minus recte pro nobiles, iam supra fuit obseruatum. Neque rem acu tetigisse nobis videntur, qui captiosos ex ea ratione vocare malunt, quod stipulatione census tam leuidensis & saepe, vt deinde videbimus, in teruncio consistentis allici ad negligentiam soleant censiti adeoque insidiae hoc modo iis struantur. Rectius forsan dixeris census multiplicabiles, si vnico vocabulo exprimere velis census mora crescentes.

§. XXII.

Definitio censuum mora crescentium. Quodsi enim omnia, quae hactenus disseruimus, in summam contrahamus, census mora crescentes nihil aliud esse, intelligimus, quam praestationes censitorum annuas, certo temporis momento adstrictas, quo neglecto ita multiplicantur, vt singulis diebus vel horis ad duplum adscendant.

§. XXIII.

Poena multiplicandi canonis omnibus censuum. Non peculiarem vero illos census speciem constituere, siue Rutscher siue Meigassen, siue Fahr = Zinse, siue alio nomine adpelles, sed census cujuscunque generis, ob neglectam stato tempore solutionem auctos, significare, tanto lubentius concesserim GEORGIO

IO BEYERO 62), quanto difficilior fuerit probatio consuetudinis per Germaniam vniuerſalis, hanc morae poenam firmantis. Illum igitur tum demum locum habuiſſe, quando inter dominum & cenſitum ita convenerit, remque adeo omnem ad pactum redire, eadem facilitate largior Celeb. Viro, FRID. CAROLO BVRI 63), ſi modo non ſolum pactum expreſſum ſupponat, ſed tacitum quoque admittat, adeoque etiam praeſcriptioni hic locum relinquat.

ſpeciebus adiici... eſt.

§. XXIV.

Imo non ſolum inter viuos cenſus mora creſcentes ita acquiri, ſed etiam per teſtamentum conſtitui poſſe, nihil eſt quod dubitemus. Haud dubie quoque cenſus promobiles cum ADR. BEYERO), ſicuti reliqui cenſus, in reſeruatiuos & conſtitutiu ecclesiaſticos & ſeculares, perpetuos & tempora iuidi queunt, prouti vel in praedio noſtro in alterum ns-lato reſeruantur, vel in alterius praedio conſtituuntur, ad res vel eccleſiaſticas, vel ſeculares ſpectant, & vel ad nullum, vel ad certum ſunt tempus reſtricti.

Vnde variae diuiſiores cenſuum mora creſcentium. ...or untur.

§. XXV.

Non recoquemus hic, quae idem BEYERVS 65) de perſonis cenſus promobiles conſtituentibus & acquirentibus, domino ſcilicet, Zinß-Herrn, eoque vel pleno, vel minus pleno, & cenſuario, Zinß-Mann, itemque de

De ſubiecto & obiecto horum cenſuum.

62) *Delin. jur. Germ.* L. I. c. VI. §. 9.
63) *In der Erläuterung des Lehn-Rechts*, p. 805.
64) In diſſ. de *Cenſ. promob.* cap. I. §. 6.
65) l. c. cap. 2. & 3.

C 3

de rebus, immobilibus inprimis & incorporalibus, quibus constitui solent, quantum satis est, differun hoc vnicum ex supra dictis huc repetiisse-contenti, frequenter in rebus fiscalibus, s. ad fiscum princi... spectantibus, illos constitui consueuisse 66). Agris incultis & adhuc colendis illos praesertim impos... esse, vel inde fit probabile, quod plerumque solum ad recognitionem dominii in rebus etiam minimis, v. g. vnico nupio, praestantur, quanquam hinc census rupturae, ruptuarii, roturagii vocare & nomen Rutscher-Zinse inde deriuare nolim, vti jam supra monitum est.

§. XXV.

De justitia & aequitate horum censuum.

I... iustitia censuum promobilium nemo forte dubita..., qui secum perpenderit, nullam esse censito... o conquerendi causam, simul ac in talem p... consenserit, sed habere, quod sibi imputet, si f... ...em debito tempore neglexerit. Annon vero aequitati repugnent, magis dubium esse videtur, quum ob moram vnius diei vel horae intra breue temporis spatium saepe ad tam ingentem pecuniae summam vnius triobuli pensio possit adscendere, vt id, quod reuera interest domini, longe superet, censitumque ad incitas redigat. Verum enim vero, ex hac ipsa ratione, quod in re leui ac tenui admodum canone vt plurimum consistere solent ejusmodi pensiones, adeoque tanto facilius a colono praestari possunt, haud iniquum est, ita sibi prospicere dominum, vt non opus sit vnius saepe denarii caussa remediis ordinariis aduersus cen-

66] Conf. MEINDERS de *jurisd. colon. & curtis dom. vet. Francor. & Saxon.* p. 47. & Ill. GOEBEL in diss. de *singul. quibusd. praed.* in adiunct. p. 164.

ensitos morosos procedere. Longe quoque mitior est haec poena multiplicationis ipsa praedii priuatione. Quare dici non potest, latere hic anguem in ierba & tantilli canonis specie inescari colonos, vt eo 'lius capiantur grauiusque luant peccatum, quod ... leue videri poterat. Debebat potius dominorum beneuolentia ipsos ad majorem obedientiam accuratioremque census solutionem inuitare, qua neglecta nihil iniqui est in exactione ejus, quod hoc casu promiserunt, quum sua cuique mora debeat nocere. Neque tam ex delicto, quam ex pacto, tunc conueniuntur. Nec plus vsurariae prauitatis in ejusmodi censibus mutiplicatis inest, quam in qualibet alia poena conuentionali, quam tamen legibus permissam, nemo dubitat. Nihil nos mouet in contrarium s 64 YCKII auctoritas 67), ideo hoc genus contractuum os, e ibitum esse, existimantis, *quod poena morae in del les d quantitatis pacto extendi nequeat vltra modum vsurarum.* T eam enim ad robur huic suae sententiae conciliandum adducit, l. 15. C. de *Vsur.* de mutui contractu tantum loquitur, adeoque huc plane non pertinet 68).

§. XXVI.

Quo magis autem ab iniquitatis nota liberemus census nostros mora crescentes, de recto illos computandi modo dispiciendum nobis nunc erit. Audiamus hac de computatione STRYCKIVM, qui, loco paulo ante excitato, textum ex Speculo Sax. jam supra allatum adducit: Wer seinen Zinß zu rechter Zeit nicht giebet, zwie- De illorum computatione.

67) *Vs. mod. Pandect.* Tit. *si ager vectig.* §. VIII.

68) Confer. BERLICH. *Decis. Aur.* Decis. 43. n. 8.

zwiefach soll er ihn geben des andern Tags, und also a. andere Tage zwiefach, dieweil er den Zinß innen behäl eique deinde hanc subjungit epicrisin: *Quae verba ju. Sax. si secundum literam caperentur, & quotidie duplica. tur census, sane vnius thaleri canon per moram dieru cresceret ad 8192. vel omnium dierum praestationibus junctis, ad 12292. thaleros.*

Ad similem computandi rationem respexit ADR. BEIERVS 69), exemplum census promobilis in Thuringia recepti afferens, quem domus Teutonica Albilacensis, der Pfaffen-Hof in Weissensee, in pago Scherndorff habere, refert, vbi singulis annis certo die & quidem summo mane ante solis ortum ad lapidem c ... planum sub dio collocatum, praesentibus loci ... nis collector, qui est praefectus domus, praestolatur censitos, vnum numum in recognitionem dominii pensuros. *At si per horam vnam,* sic pergit, *serius adsunt illi, numus vel triobulus altero augetur tanto, & sic consequenter, ita, vt intra spatium duodecim horarum ex triobulo possint* 48. Gülden 15. Gr. 9. Pf. *euadere, adeoque facile occasio domino directo agnasci fundum recipere commissum.* Et ita quoque calculos superiori anno subduxit praefectus Agathenburgensis, in ducatu Bremensi, in casu commissae morae, quem mox referemus, dum canonem 6. Pfenningorum intra spatium 20. dierum ad summam 5461. Rthr. 16. ß. prouexit. Scilicet res eo redit, vtrum census remoratus ita multiplicari debeat, vt duplum altero die praestandum sequentibus iterum tamdiu in summa sic aucta semper duplicetur, donec solutio sequatur, an vero simplum duplo ita sit includen-

69) In diss. de *censib. promob.* c. III. §. 4.

endum, vt ſecunda die cenſitus duplum, tertia tri-
plum, quarta quadruplum & ſic deinceps praeſtare
teneatur. Quanta ſit inter vtramque computationem
differentia, facile cuique adparebit, ſi oculos in di-
uerſam ſummam, quae inde oritur, conuertat 70).
Prior vero computandi modus nec regulae juris com-
munis, vſu fori comprobatae, ſecundum quam omnes
ſanctiones poenales magis ſunt reſtringendae, quam ex-
exten-

70) Quo luculentius diverſus calculus pateat, lubet vtramque computationem ſubjungere. Prima haec eſt: Altera ita ſe habet:

		Rthl.	fl.	pf.		Rthl.	fl.	pf.
1	1742. d. 21 Dec.	-	-	0	1742. d. 21 Dec.	[illegible]	[illegible]	6
2	22	-	1	-	22	[illegible]	[illegible]	[illegible]
3	23	-	1	6	23			
4	24	-	2	-	24			
5	25	-	2	6	25	-		
6	26	-	3	-	26	-	16	.
7	27	-	3	6	27	-	32	.
8	28	-	4		28	1	16	.
9	29	-	4	6	29	2	32	.
10	30	-	5	-	30	5	16	.
11	31	-	5	6	31	10	32	.
12	1743. d. 1. Jan.	-	6	-	1743. d. 1. Jan.	21	16	.
13	2	-	6	6	2	42	32	.
14	3	-	7	-	3	85	16	.
15	4	-	7	6	4	170	32	.
16	5	-	8	-	5	341	16	.
17	6	-	8	6	6	682	32	.
18	7	-	9	-	7	1365	16	.
19	8	-	9	6	8	2730	32	.
20	9	-	10	-	9	5461	16	.

extendendae, nec ipsi menti juris Sax. conuenit, quippe altero die & singulis diebus sequentibus, siue mo[ra] diurno, simplum censum solummodo vult duplic[ari,] non duplum tam enormiter multiplicari. Quare recte CARPZOVIVS 71) aeque, ac SCHOTTELIVS, 72) glossam ZOBELII secuti, priorem computatio[nem,] vbi duplo inest simplum, tanquam aequiorem, posteriori praetulerunt.

§. XXVIII.

De vsu eorum hodierno.

Quod ad vsum censuum mora sic crescentium hodiernum attinet, valde hoc institutum Germanicum, vti multa alia, turbarunt juris Romani receptio morumque patriorum neglectus. Quare non mirari debemus, pluribus [illegible] prouinciis illud in desuetudinem abiisse. In foro [illegible] quondam frequentiores fuisse, sed hodie r[illegible] esse pensiones promobiles, jam suo tempore [scripsit] CARPZOVIVS, 73) quanquam, etiamnum illas obtinere, addat, vbi consuetudine & vsu sint receptae. Neque in plus, quam ad interesse morae & expensas secundum Constit. Elect. Sax. 39. p. II. condemnari solere censitum ob censum non tempestiue solutum 74), JCti Saxonici testantur. Quare dubitandum non est, in iis quoque locis, vbi vel juris Sax. antiqui nulla plane, vel nouioris aliqua est auctoritas, cen-

71) P. II. C. 38. D. 25. n. 7.

72) *De singul. quibusdam Germ. Jur.* C. XIX. §. 3.

73) L. c. n. 8.

74) Vid. BERLICH, *Conclus. pract.* p. II. Concl. 47. de bonis censit. n. 7. ibique laudatus COLERVS.

ius quoque promobiles cessare. Interim de Thu-
igia tamen exemplum in praecedentibus ex ADR. BEI-
ro retulimus. De censibus promobilibus in Ducatu
runsuicensi alicubi vsitatis, & cum solennitate ali-
ua destinato die soluendis neque sine periculo a-
...his praedii emphyteutici negligendis, loquitur
SCHOTTELIUS 75), quanquam nullius loci speciatim
faciat mentionem. Neque nobis hucusque contigit
exempla pro corroborando vsu in terris Brunsuicensi-
bus, saltem electoralibus, inuenire. Caeterum pas-
sim adhuc rigorem istum obseruatum fuisse viris do-
ctis, B. HEINECCIVS scribit 76), BECKMANNI 77) aucto-
ritate subnixus. In Westphalia hoc genus ... sus fre-
quentari, testatur GOSWINUS AB ESBACH ...). Vi-
get quoque adhuc Hildesiae sub nomine ... ins ta-
lis census, praeposito cathedralis ecclesi... poe-
na nummorum in singulas horas augend... ...
standus 79). Neque alias in terris Episcop...
desiensis infrequentes sunt census promobi..., ...
diuersis nobilium familiis debentur. Esse quoque Sch...
len-

75) l. c. § VI. 76) *Elem. Jur. Germ.* L. II. Tit. 2. § 44.

77) Ad *pandect.* Vol. I. p. 1. Ex. XIII. n. 33.

78) In *Not. ad* CARPZ. d. def. 25.

79. Testatur de eo GERICKEN in *Spicil.* ad SCHOTTEL. l. c. §. 2. cujus hac de re narratio digna est, quae hic locum occupet. Ita vero scribit: Also ist in der Neustadt Hildesheim ein solcher Zinß noch gebräuchlich, da nemlich alle Jahr zweymahl als des Montags nach Ostern und Michaelis dem zeitigen Herrn Dom-Probst des Stiftes Hildesheim als Herr von denen meisten Häusern 1. oder 2. Pfennige bezahlet werden, und wann solches nicht auf bestimmte Zeit geschiehet, steiget der Zinß alle Stunden höher, und dieses wird die Worth-Zinß genannt.

lenstadii in pago Hildesiensi censitos, qui tales census praestare tenentur summe Reuerendo Capitulo Abbatiae Gandesiensis, ipso Michaelis festo die, & quidem ante meridiem, sub poena dupli in singulos dies soluendi, imo in ipsa vrbe Gandesiae illos adhuc vsitatos esse sub nominibus Jahr=Zinse, Schoß= Schließ=Schatzung, partim vespera Thomae, partim die Lunae post dominicam Quasimodogeniti ante meridiem, diuersimode, 1, 6, 7, 8. pfenningis, itemque tribus grossis Marianis, Abbatiae plerumque de domibus praestandos, ex iis perspeximus, quae Reuerendissima atque serenissima Abbatissa indulgentissime ex catastris & registris communicari nobiscum permisit.

§. XXIX.

Speciatim in ducatu Bremensi

[...]que penitus illos exoleuisse in ducatu Bremensi 80), exemplum ostendit recentissimum, quod paullo ante attigimus, & hic coronidis loco latius enarrabimus. Debet nimirum in vrbe Stadensi administrator prouentuum sic dictorum Calandicorum, qui salariis collegarum scholae & ministrorum ecclesiae S. Willibaldi destinati sunt, die Thomae senarium, einen Sechßling, sub nomine Gefahr=Geldt, praefecto regio, quem tamen hic more antiquo ipse per collectorem vrbis exigere solet, quum uero praefectus domicilium Stada Agenthenburgum

80) Sub variis ibi nominibus ac speciebus occurrunt census, vbi periculum in mora praestationis est. Referuntur enim huc Pant

um transtulisset, & neque adeo senarius debito tempore exactus, neque oblatus esset, hoc elapso praefectus illum accipere recusauit, & moram 20. dierum summa juxta calculum ante allatum multiplicata sui postulauit. Res delata st, ad cameram regiam & inde ad ipsum Consilium sanctius, quod intuitu piae caussae, cui hi prouentus sacrati sunt, rigorem ita temperauit benignissime, vt abstrahendo ab vtroque computandi modo supra memorato moram commissam vnico thalero tantum redimi juberet 81).

liche ewige Rente, Bottings-Geldt, Königs-Zins, Grevenschatz, Bede-Haber, Münster-Mohr-gefahr-Geldt, quod a situ regionis ejusmodi periculo subjectae ita dicitur, & *Wurth-s. Werth-Geldt*, de cujus vsu testatur Extractus e … tastro praefecturae Voerdensis, quem hic subjicere v … st Einnahme Wurth-Geldt aus dem Flecken Böhrde … lbend Ao. 1633. Bey dem Hause Böhrde ist Wohrk … s dem Flecken auf Oster-Abend betagt, und mus bey E. … ch in aus allen Häusern, ausserhalb wenigen, so ihre Feu… n erbe tten oder getrewes Dienstes halber frey bekommen haben, gegeben werden, wann solches nicht geschicht, ist es Gefahr-Geldt, und hat derjenige, der es versäumet, und nicht ausgiebet, dadurch seines Gutes sich verlustig gemacht.

81) Rescriptum ad praefectum Stadensem hic integrum legere operae pretium est: Auch rc. Ist geliefert, was ihr wegen des von dem zeitigen Senatore Kni… erberg zu Stade als Administratore des Calands nicht zugehöriger Verfall-Zeit an Thomas Abend dem Amt entrichteten Sechsling unterm 4. dieses, Uns zu vernehmen geben.

Demnach nun beliebet worden, sothane Negligentz vor das mahl mit 1. Rthl. zu bestraffen; So habt ihr solchen von ermeldeten Senatore einzufodern, und in dasigen Amts-Registern kraft dieses behörigen Orts zur Einnahme zubringen. Hannouer d. 12. Febr. 1743.

§. XXX.

reme. dijs juris intuitu censuum promobis competentibus remissive.

Ad Actionem ex hisce censibus oriundu quod attinet, illam pro diuersitate census, promissi, vel jam constituti, modo per lo lem, modo realem, hancque respectu tam domi quam censuarii, vel possessoriam, vel petitoriam, hanc vel negatoriam, vel confessoriam esse, jam pluribus docuit ADR. BEIERVS 82). Quare remedia intuitu censuum mora crescentium competentia hic fusius persequi supersedemus.

(82 Diss. cit. cap. V.

COROLLARIA.

1.

ia inter nobilem & rusticos de operis prestandis ex- per praesumtio militat pro indeterminatis, donec ..minatio earum probetur.

2.

Transigere licet super relictis in testamento, quamuis tabulae non fuerint inspectae.

3.

Transactio non potest rescindi propter laesionem enormem.

4.

In actione negatoria reus probare debet, licet sit constitutus in possessione vel quasi seruitutis.

5.

Negatiua propositio non solum potest, sed etiam debet probari ab eo, qui fundamentum actionis suae in illa ponit.

6.

Adoptio non tribuit nobilitatem adoptantis.

CON-